



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis**

**Véron, François**

**Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]**

4. Orationes ad hunc locum facientes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

hac familiatenentibus obtemperant. Postremò magni meriti est, tam nobilem exercere virtutem, & voluntati aliquando sue (cuius homines natura tenacissimi sūt) reluctari, vt alterius voluntati morem gerant. Qui verò dedignantur parère maioribus suis, & quæ sibi proponuntur in Sodalitate, pro virili sua exequi, sat ostendunt. *Inobedientes sunt filij* Eux, non non esse se filios Mariæ, cui Obedientia nihil fuit gratius; sed inobedientis Eux pro- *Mariæ, dæ-* monis ma- les; non Christi, qui factus est obediens vs- *cipia, non* que ad mortem, seruos; sed dæmonis, qui *Christi ser-* primus inobedientiæ auctor fuit, manci- *ui.* pia; ac propterea periculum esse, ne in ruinam & exitium præcipites abeant.

### PARS QVARTA.

Orationes aliquot ad hunc locum facientes.

*Oratio quæ recitari subinde potest  
ab quouis Sodalitatis ad-  
ministratore.*

**O**Mnipotens, & misericors Deus, de cuius munere venit, vt tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur, largire mihi indigno famulo tuo, vt oēs affectiones, & cogitationes meas in te dirigā.  
llu-

Illumina cor meum gratia Spiritus sancti; intelligentiam, memoriam, & eloquium ignitum dona, vt omni repulsa negligentia, officium meum bene prosequi, fructum efficaciter consequi, in cunctis tibi placere, & per omnia dignè laudare merear; quatenus & ego, & Sodales mei ( quorū aliqua mihi cura concredita ) in virtutum ita proficiamus, vt ego cū illis, & ipsi mecum destinata laborum nostrorum eterna præmia simul percipere mereamur; meritis, & intercessione præsidis, & patronæ nostræ Mariæ, matris vnigeniti filij tui, Domini nostri Iesu Christi, cui laus, honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

*Oratio ad Deum pro Congregatione, & ijs qui illi præsunt.*

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, qui facis mirabilia magna solus, præende super famulos tuos, & super Congregationes illis commissas, spiritum gratiæ salutaris, & vt in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

CAPVT